



# TÖRTÉNETI LAPOK.

FELELŐS SZERKESZTŐ  
K. PAPP MIKLÓS.

Megjelenik minden vasárnap. — Előfizetési ár: Félévre 6 f. Egész évre 12. f. — Szerkesztőségi iroda: Lyceumi nyomda. — Kiadó hivatal: Gr. Teleki Domokos ház nagypiacz.

**Tartalom:** Egy felségsértési pör történetéhez. (IV. közlemény.) Közli K. Papp Miklós. — Okmányok és levelek az 1613-ik év történetéhez. (VII. közlemény.) Közli Szilágyi Sándor. — A bécsi titkoslevéltár okleveleiből. (XVI. közlemény.) — Kazinczy Ferencz eredetileveleiből. (II. közlemény.) Közli K. Papp Miklós. — Bem József tábornagy életiratához. Közli Szentkirályi Gábor. — Tárca: Egy uti napló. (III. közlemény.) Közli K. Papp Miklós. — A magyar színészet történetéhez. (I. közlemény.) Közli K. Papp Miklós.

## EGY FELSÉGSÉRTÉSI PÖR TÖRTÉNETÉHEZ.

Közli: K. Papp Miklós.

(Folytatás.)

**P**osteaquam igitur et Excelsae Aulae Consilium bellicum et Incllytem Transylvaniae Cancellariam acta Commissionis prae manibus habere, plenariamque Commissionis informationem submissam esse cognovissem, de novo Excelsae Aulae ministros adire, eosdem ut eadem acta quantocyus revideantur rogare non destiti, imò ut Excellentissimus Supremus Aulae Cancellarius tanto magis induci possit, quatuor ex praecipuis Dominabus ad eundem disponendum precibus in meas induxi partes. Interea per Dominos agentes et literas Excellentissimorum ac Illustrissimorum Supremorum Curatorum hac formalitate:

Excellentissime Domine, Domine Nobis Colendissime!

Non mediocri dolore affecti sunt universi Proceres Magnatesque et Nobiles Transylvaniae Reformatae religioni addicti, cum experirentur sese omnibus Cardinalibus Principatus hujus dignitatibus, aliisque quibusdam officiis, virtute Diplomatis illudque secularum resolutionum Caesareo Regiarum ipsos aequaliter cum catholicis concivibus suis concernentibus, privatos esse. Quocirca temperare sibi non potuerunt Augustissimum Imperatorem, Dominum videlicet et Principem haereditarium naturaliter Clementissimum, demissis eatenus precibus quam humillime non interpellare; quarum copiam Excellentiae Vestrae perillustres a Generosi Domini Sigismundus Tarczali et Samuel Szilágyi Agentes Nostri, habita gratiosa Excellentiae Vestrae venia demisse communicaturi, capitaque eorundem uberius exposituri sunt. Quos Excellentia Vestra tanquam nomine Nostro supplicantes, ut gratiose admittere iisque plenam fidem adhibere, ac Juribus nostris diplomaticis benigne patrocinari, cum primis, ut tum Praesidii Supremi Exactoratus in hac Provincia officii, uniusque ejusdem Assessoris in novissime solutis Principatus hujus Comitibus projectorum, nec non aliorum adhuc irresolutorum ceu referendarii Cancellariae Aulico-Transylvanicae, Registratoris Gubernialis, Requisite utriusque Conservatorii, tanquam in Nostra Religione actu vacantium officiorum, nec non Praefecturae Szolnok Interioris aequae vacantis, benigna subjectis Nostrae Religionis resolutione consolemur,

atque ita ad tamdiu desideratam officiorum cum Catholicis Nostris fratribus paritatem ex benignitate Sacratissimae Suae Majestatis propius accedamus, favorabilem operam non denegare dignetur, Excellentiam Vestram debito cum respectu rogamus, vel ea cum maxima ratione, quod innumera dentur subjecta Nostrae Religionis ad servitia Augustissimi Principis et communem patriae salutem procurandam idonea, omnia tamen cardinalia officia ceu Gubernatoris, Praesidentis Statuum, et Tabulae Regiae Judiciariae, Cancellarii Aulici, Cassarii Provincialis in fratres nostros Catholicae religionis, numero nobis longe inferiores, neque in fide et erga Principem Nostrum Haereditarium fidelitatis integritate superiores, sint accumulata, imo alia etiam officia magnam partem per ipsos teneantur, utpote, qui in Consilio Intimo 7, in Tabula Regia 9, in Praefecturis 10, in Cancellaria autem Aulico-Transylvanica excepto unico Cancellista, et in Provinciali Commissariatu omnes sint Catholici, Reformati vero in Consilio Intimo 3, in Tabula Regia 5, in Praefecturis pariter 5, (et quidem inter hos in natione Siculica nemo) nec ultra si Secretarius Gubernialis excipiatur e nostrae Religionis subjectis officia tenentia habeantur. Ubi tamen tenore Sacri Diplomatis et illud secutae Resolutionis Alvinczianae, in quibuslibet officiis aequalis harum duarum Religionum ratio et numerus clementissime promittitur. Nos pro favorabili in nos jusque nostrum affectione nunquam desinemus esse

Excellentiae Vestrae

Medie 17. 8-br. 1738.

obligatissimi servi

Com. ADAMUS BETHLEN m. p.

B. SIGISMUNDUS BÁNFFI m. p.

B. JOSEPHUS NALÁCZI m. p.

illis quibus erant directae, exhiberi curavi et simul novum supplicem libellum:

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas!

Posteaquam uxores, liberi, fratres ac consanguinei incaptivatorum, innocentiam eorundem in suplici libello per me, qua eorum Deputatum, Sacratissimae Vestrae Majestati humillime de genu porrecto, satis superque

demonstrassent, non obstante tamen eo, ad benignum Sacratissimae Vestrae Majestatis mandatum ordinatae Commissionis etiam examini sese remisissent, ac objecta atrocis criminis puncta superassent, consequenter ut credibile est, non criminis laesae Majestatis rei, verum innocentes inventi essent, hinc innatae Vestrae Majestatis Sacratissimae justitiae ac clementiae consonum est, eosdem pristinae jam reddere libertati ac legali benignissime consolari satisfactione. Septimum enim jam superavit mensem Augustissime Imperator! a quo miserrima hac detentione, non ipsi solum, sed in ipsis omnes eorum consanguinei latentis delatoris huimus malevolentiam. Licet idem delator Comp. Const. Part. 3. Tit. 12. Art. 2. praesidium suae invenire videatur delationis, quam leve tamen id sit fundamentum, contextus ejusdem Articuli docet, imo idem ut semel abrogatus, mortificatus, consequenter nullo Statuum ac Ordinum Transylvaniae consensu vivificatus non ob stare potest, quominus ad mentem Appr. Const. Part. 2. Tit. 7. Art. 3. delatorem poena talionis maneat, et hoc est, quod vel maxime ab innata Vestrae Majestatis Sacratissimae justitia, vi legum patriarum humillime exoptimus.

Equidem delatorem extra Provincias Sacratissimae Vestrae Majestatis esse, eundemque scripto sub Anonymo ipsa conspirationis indicia, incaptivatorumque detexisse nomina, prout fama spargebat, ut mecum persvaderem, nulla ratione induci potui. Certe ut caetera subteream, Sacratissimam Majestatem Vestram, naturaliter benignissimum ita justissimum aequae Principem, literis alicujus Anonymi tantum fidei dedisse, ut sine praevia indiciorum excussione, tot innocentes arctissimae custodiae dari, ignotique delatoris fidedignitatem incaptivatorum eorundemque consanguineorum fidelitati praeferrere jussisset, absolute credere nequeo; id enim si foret penetrare non possumus, cur anonymus aliquis, nec subditus nec fidelis, plus tamen fidei, quam subditi, quorum et Majorum et propria extant in Augustissimam Aulam fidelitatis documenta, meruerit? hoc pacto securis nobis esse non liceret; semper enim seu ambitio seu adulatio aut lucri cupido, novos ac no-

vos excitarent delatores, et quidem tanto ad accusandum procliviores, quanto sub anonymo tutius grassari se viderent. Quicumque igitur ille fuerit, seu peregrini soli incolae seu patriae civis, justum est et aequum eum palam fieri, ne vel nostra fidelitas patriaeque leges vim patiantur, vel incaptivatorum innocentia, legali destituta consolatione, diutius luat, discatque tandem delator ille scelus quidem ubique committi, sed ubique etiam, praesertim vero sub Augustissimo Vestrae Majestatis Sacratissimae Regimine, puniri posse.

Suspectum hoc etiam nobis est, imo nec possemus non cum dolore meminisse, quod solum Reformatae religioni addictos infidelitatis atque criminis laesae Majestatis reos, et coram Vestra Majestate Sacratissima Principe Nostro naturaliter clementissimo suspectos reddere voluerit.

Quatuor sunt Clementissime Princeps in Transylvania legibus receptae religiones, cur inter has sola Reformatorum suspicionem meruit? Non diffitemur quidem justas nos habere quaerelas, easque saepius medio supplicis libelli humillime remonstratas, prout 10-ma Julii A. C. in personali audientia per Nostrum Agentem iteratas esse, eas tamen nunquam ita comparatas fuisse, ut in patrocinium Suae Delationis Delator trahere, captataque exinde infidelitatis suspitione Reformatos potius quam alterius religionis ejusdem criminis arguere potuisset, nisi iustas quaerelas Principi Suo Clementissimo ac Haereditario humillime, propositas legalem justamque deferendi ac criminandi dixerit esse ansam.

Equidem injuriam nobis hoc ipso factam esse maximam vel si dissimularem, ipsa se proderet; nam cum adhuc nostra religio primas in Transylvania partes teneret, maluimus tamen excusso Ottomannicae tyrannidis jugo ad avitam redire devotionem, totamque Transylvaniam Augustae Domus Austriacae submittere protectioni, quam intollerabili barbarorum servituti subjecti esse.

Tacemus particularia fidelitatis documenta, quae recensere homagialis subjectionis devotio prohibet, id certe affirmare nullus dubito quicquid Transylvania in signum fide-

lissimae suae devotionis testata est, Nobis Reformatis praeeuntibus vel concurrentibus, nunquam postremis praestitit, et tamen nunc exceptis aliis nostra religio in suspicionem infidelitatis venit.

Patiatur benignissime Sacratissima Majestas Vestra justas nostras quaerelas; quomodo enim nisi iisdem propositis earum obtenturi simus medelam? Ipsi parentes filiorum necessitatibus non nisi prius detectis subvenire possunt.

Proinde coram justitiarum Sacratissimae Majestatis Vestrae Throno suplex provolutus, tam communi Statuum et Ordinum Reformatorum (a quibus expresse fieri id mihi injunctum est) quam incaptivatorum uxorum, liberorum, fratrum et consangvineorum nomine Vestram Majestatem Sacratissimam per omnia Sacra, per Augustae Domus foelicitatem oro obtestorque, dignetur

Primo. Publicas Statuum Reformatorum quaerelas ac gravamina 10-ma Julij Anni currentis humillime exhibita, et hic sub litera A. annexa, ut et recenter transmissum eorum supplicem libellum, hic sub literis A. A. expositum, atque plurimas alias communi Statuum Reformatorum chirographo roboratas, in Excellenti Ministeriali Conferentia, in hunc finem quantocyus benignissime instituenda, revideri, atque clementissime remederi.

Secundo. Delatorem, qui contra expressivas patriae leges tot innocentium famae, bonis, vitaeque insidias struxit, vi legum patriarum exemplariter punire.

Tertio. Innocentes hos omnes ex immensa suae Caesareo Regiae benignitatis plenitudine et quidem (quod tamen summa cum humillima devotione, sine omni Regiae auctoritatis praejudicio intellectum esse volo) Samuelem Comitem de Bethlen fratrem meum uterinum, de facto vacantis Interioris Comitatus Szolnok Praefectura, ubi ipsemet bona possidet, Joannem L. Baronem de Lázár cum expectativa primum futurae in Supremam Praefecturam vacantiae, qui ambo duobus ab hinc annis Tabulae Judiciariae Assessores renunciati, nihil tamen salarii et consolationis adhuc ex eo retulerunt, Sigismundum Toroczkaï, Michaelis Toldalagi filios, cum ipse ad publica munia ob corporis defectus sit ineptus,

utrosque Rédeios, ut et Stephanum Szigethi Superintendentem, atque Sigismundum Borosnyai, licet ante institutam Commissionem libertati restitutum, atque tamen et eodem tempore, cum coeteris incaptivatum, plenarie et Clementissime consolari.

Quarto. Occupata incaptivatorum omnia cujuscunque generis Litteralia Instrumenta, sine defectu et intacte restitui.

Quinto. Licet cum specificatis non eodem tempore sit incaptivatus Joannes Turóczi, cum tamen et eundem esse innocentem et Tordaium per propriam oris fassionem ex privata saltim passione delatorem esse constet, hoc in passu etiam vi legum patriarum justitiam administrare.

Cum igitur et instituta in Transylvania Commissio jam terminata, et ut hi, tanquam innocentes consolandi sint, meo Deputati nomine Vestrae Majestati Sacratissimae humillime suplico, quatenus, intuitu specificatorum punctorum impertinendam Benignissimam Caesareo-Regiam Resolutionem manibus meis exhiberi jubere Clementissime dignetur, ut ita Deputationis meae munus, quod jam per integros quinque menses continuare necessitor, optatissimo ex immensa Vestrae Majestatis Sacratissimae Benignitate claudere mihi liceat fine.

Erit hoc Caesareae Majestatis Vestrae Clementiae maximum argumentum, et universorum Reformatorum, ut et incaptivatorum solamini non audivisse saltem preces, sed insuper intuito Deputati etiam benigne consolatos esse, quam Vestrae Majestatis Sacratissimae Benignitatem cum humillime exoro, perpetua devotione emorior.

Sacratissimae Majestatis Vestrae

humillimus perpetuoque fidelis subditus, incaptivatorum, uxorum, liberorum, fratrum, consanguineorum Deputatus.

(Folytatása következik.)

## OKMÁNYOK ÉS LEVELEK az 1613-ik év történetéhez.

Közli: Szilágyi Sándor.

1613. decz 17.

### XXXII.

Magnifice Domine, Affinis observandissime. Salutem et officii nostri commendationem.

Megadák az kegyelmed levelét nekünk, melyből értjük, hogy már Huszt vára is az mi kegyelmes urunk, császárunk birodalma alá ajánlatott az bennevalóktúl. Bizony igen akarjuk és örüljük is, hogy kegyelmednek ilyen jó szerencséje vagyon az várak, városok megvételehez; tudjuk, hogy ő fölsége is igen jó néven veszi kegyelmedtől. Azért szép dolog az megvételek; de azon is kell gondolkodni szorgalmatosan, miképen megtartassanak, mert non minor est virtus querere, quam parta tueri, azt szokták mondani. Azért hiszszük, hogy ő fölségének azokra az helyekre oly gondviselése leszen, hogy meg is ortalmazza, kiről hiszszük, hogy kegyelmed irt is hűségesen ő fölségének. Irja kegyelmed, hogy Ecsedet is hamar való nap isten az ő fölsége birodalma alá adja; hiszem ennekelőtte, még mikor Báthory Gábor fejedelem élt is, császár urunk ditiójában volt Ecsed; most is abban vagyon s elhittük, hogy ő fölségének tartják az hűséget. Innét kegyelmednek semmi ujat nem tudunk irnunk; tudjuk, minden dolgokrúl eléggé informatus kegyelmed. Az német vitézeket most alá nem bocsátja ő fölsége, nem akarja azt az földet velek terhelni; hanem ha kikeletre kellenék alámeniek, mert ugyan csudálnánk, ha sokáig csendességben lehetne az az föld. Kegyelmednek ha mi hirei lesznek, azután is adja értésünkre. Éltesse isten *stb.* Datum in Arce nostra Bicse 17. Decembris 1613.

Dominationis Vestrae Magnificae

Servitor et Affinis benevolentissimus  
Comes GEORGIUS Thurzó m. p.

Külczim: Magnifico domino Andraeae Dóczy de Nagy-Lucse *stb.* Cito. Szathmár.  
(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. decz. 26.

## XXXIII.

Magnifice domine Affinis nobis observandissime.

Salutem *stb.* Kegyelmednek ez napokban egynehány rendbeli levelét vöttük, az melyekre hogy mind ez ideig sem resolváltuk magunkat kegyelmednek, egyébnek ne tulajdonítsa kegyelmed, hanem első, hogy tudnia illik beteges állapattal voltunk, más az, hogy az áldott ünnepek rajtunk lévén, meg akartuk magunkat azokban afféle dolgoktól tartóztatnunk. Most azért, értvén az kegyelmed forgolódását Huszt, Kővár és Nagy-Bánya dolgából, fölötte igen dicsérjük és látjuk, hogy jó mód vagy on immár benne, csak kegyelmed ennekutána is, az mi kegyelmeden fog állani, el ne mulassa, hanem az mint legjobban lehet, ugy laboráljon benne; mi ő fölségének, császár urunknak elégségesképen irtunk az dolog felől; talám ő fölsége ezeket az occasiókat nem intermittálja, hanem kegyelmesen resolválja magát. A mi penig az Ecsed dolgát illeti, ha kegyelmetek per tractationem végezhet valamit fölöle, ugy hogy ha tudnyailik valami bizonyos ő fölsége káránkül való conditiók által az ő fölsége számára megadják, bizony dicsérjük, de hogy kegyelmetek erővel és vitézlő néppel akarván elfoglalni és jószágát elpusztítani, azt bizony nem dicsérjük; mert az a vár Magyarországon vagy on és az ő fölsége hivsége alatt, s országunkban vagy on törvény s igazság, az kivel embernek az maga jussát köll keresni. Igy penig, ha erővel foglalja el kegyelmetek, res mali exempli erit, más az, ki tudja, talám mind magának s mind penig az kegyelmetek maradékinak kárt tehet kegyelmetek. Utólszor a mi az Prini uramnak Lónyai úrammal való dolgát illeti, mi abban az dologban az egy igazságnál egyebet nem kívánunk; minthogy kegyelmed megesküdt az igazságra, ugy mint főispán, elhittük azt, hogy kegyelmed az ellen semmit nem cselekeszik, hanem *quod justum et aequum fuerit*, ahhoz tartja kegyelmed magát.

Kegyelmed ennekutána is minékünk gyakor . . . ággal az oda való állapatról írjon, kegyelmednek megszolgáljuk. Isten él-

tesse kegyelmedet. Datum Bitchae die 26. Decembris Anno Domini 1613.

Magnificae Dominationis Vestrae

Servitor et Affinis benevolus

Comes GEORGIUS THURZÓ m. p.

Külczim: Magnifico domino Andreae Dóczy de Nagy-Lucse *stb.* Cito, citissime. Zathmarinum.

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. decz. 27.

## XXXIV.

Spectabilis ac Magnifice Domine, Frater observandissime.

Salutem *stb.* Az kegyelmed levelét meghozá énnekem Szombathelyi uram az több levelekkel egyetemben; hogy kegyelmed Ecsed várát az ő fölsége hűségére kötelezte az benne valókkal egyetembe, az bizony hasznos és dicsiretes dolog; az minemő conditiókkal végezett kegyelmed, azok bizony türhetők és méltó, hogy ő fölsége minden részeiben acceptálja, kiről én is igen diligenter irtam ő fölségének; remélem is, hogy ő fölsége nagy kegyelmes néven veszi tölönk; az reversalist én az mint megírtam, im meg is küldtem. Az mi a pénz dolgát illeti, ha ő fölsége elküldi, higye meg kegyelmed, hogy egy óráig is nem tartóztatom itt, hanem magam is elmegyek és az pénzt is megviszem; minden órában várom az ő fölsége választját. Perneszi uram felől az mit kegyelmed ír, nekem is tetszik és én rajtam az dologban semmi el nem mulik, csak érkeznének el az pénzzel, minden dolgokat isten segítségével jó rendre hozok. Gyarmatot, Szent-Miklóst, Tasnádot Ecsedhez kell birni, de egy kevésé, mig az pénzzel elérkeznek, silentiumba kell lenni. Tasnádot mindazáltal ugyan Ecsedhez kell birni, mert az ugyan concambiumba vagy on.

Az mi az ecsedi épületet illeti, bizony csak az vármegyék nehezen győzik el; de ő fölségének, tudom, gondja leszen reá. A mi az Huszt dolgát illeti, hogy az erdélyi vajda oly igen nehézi, megértettem az kegyelmednek irt levelének másából; az ő fenyegetése az törökkel megkezd ő neki ártani; az tö-

röknek dolgát mi is tudjuk; ha mindeneket neki engedünk is, a miket kíván, de ő avval ugyan nem contentus, hanem ha valamit elvehet, elveszen azon kívől.

Dengelegi uram hogy bémegyen, az igen jó vagyon; kegyelmed csak egy credentionalis levelet írjon ő kegyelme mellett az erdélyi vajdának és szóval izenjen ez mi jegyzésünk szerint az erdélyi vajdának. Kornis Sigmond és Kappij András mit irjonak, azt is megértettem és veszem eszembe, hogy ettek immár az erdélyi mazlakba (maszlag), az ő dolgok, ám járjon. Mi lássunk ahhoz, a mi az kereszténységnek javára vagyon és a mit ő fölsége parancsol; ha az erdélyiek Husztra reá akarnának menni és a huszti kapitány az kegyelmed segítségét kívánja és reversalist ad, hogy minden családtság nélkül kegyelmeddel egyet ért és császár urunk ő fölsége hűségébe megmarad; bátor ugyanazon conditiókkal, a mint kegyelmednek irva küldtem, tudom, hogy ő fölsége azt nem fogja difficultálni, kegyelmed minden erejével megsegétse, tudom, palatinus uramnak sem leszen az ellene; minthogy consentiált ezekhez az dolgokhoz. Daróczy uram itt leszen nálunk e napokba és ő kegyelmét is valóba reá fogom az pénz megszerzésre. Az postán az minemő leveleket kegyelmed felküldött, azokat is felküldtem ő fölségének. Az Nyári István szolgájátúl az minemő levelét ő fölségének kegyelmednek küldtem volt, kegyelmedet kérem, küldje vissza énnekem; csudálom, hogy kegyelmed ez ideig is nem irafelöle, ha megadta-e kegyelmednek avagy nem. Éltesse isten kegyelmedet. Datum ex Castro. Herknecht die 27. Decembris Anno 1613.

Spectabilis ac Magnificae Dominationis Vestrae

Servitor et frater addictissimus

Comes SIGISMUNDUS FORGÁCS de Gimes m. p.

Külczim: Spectabili ac Magnifico Domino Andreae Dóczy de Nagy-Lucse s/b. Szatmár. Cito.

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

## A BÉCSI TITKOS LEVÉLTÁR OKLEVELEIBŐL.

XXX.

I. Ferdinánd császár és király válasza János Zsigmond követének doctor Blandrata Györgynek, az általa ura nevében előterjesztett egyezkedési ajánlatokra. Kelt Pósonyban 1563. sept. 22-dikén.

Responsum pro doctore Georgio Blandrata nuncio Transsiluani.

Sacratissima Caesarea maiestas dominus noster clementissimus paterne intellexit ex filiali relatione sacrae Romanorum ac Hungariae et Bohemiae etc. regiae maiestatis dominj itidem nostri clementissimi ea, quae illustrissimus dux Joannes Sigismundus quondam serenissimi principis domini Joannis regis Hungariae filius regiae eius maiestati per physicum et consiliarium suum doctorem Georgium Blandratam confidenter et secreto nunciauit, ultra illa quae dictus illustrissimus dux oratori suo magnifico domino Stephano Bathorij de Somljo cum praefata regia maiestate agenda commisit, nimirum quod idem illustrissimus dux adhuc in pristina sua petitione firmiter persistat, videlicet ut ex caesareae suae maiestatis filia serenissima domina Johanna superioribus annis promissa matrimonio iungatur, pollicendo si huiusmodi petitioni suae locus relinquatur, se omnia facturum ex voluntate caesareae suae maiestatis, et redditurum maiestati suae caesareae quaecunque sibi reddi postulauerit, adeo ut si caesarea maiestas una via Transsiluaniam ingredj velit, ipse altera pacifice sit egressurus et mox aliqua loca munitiora Transsilvaniae ad manus Maiestatis suae caesareae daturus, modo vice versa ipsi quoque de honesto statu et compensatione provideatur etc. Ea sane omnia maiestati suae caesareae gratissima acciderunt, quia confidit illa ex animo sincero profecta esse, ipsumque illustrissimum ducem sine aliqua simulatione reuera pacem optare et honestas tolerabilesque maiestati suae caesareae condiciones admissurum, eamque ob causam caesarea quoque maiestas propensa est illi, quoad eius

unquam fieri potest, in hoc negotio benigne gratificari, omnemque paternam voluntatem demonstrare.

Cum itaque sacratissima caesarea maiestas, cuius animus semper inclinauit potius ad pacem et quietem quam ad arma et motus bellicos, etiamnum cupiat praecauere maiorem sanguinis effusionem et prouidere quieti reipublicae Christianae ac praesertim saluti et incolumitati huius afflicti Hungariae regni, sibi que plane persuasum habeat, si certa atque perpetua pax et concordia inter maiestatem suam caesaream ac saepedictum illustrissimum ducem Joannem Sigismundum firmetur et stabiliatur, id tum reliquijs regni Hungariae tum etiam uniuerso christiano orbi utile et salutare futurum, ideo maiestas sua caesarea in hoc maximi momenti negotio in hunc modum sese benigne ac paterne resoluit.

Nimirum quantum attinet ad petitum coniugium, maiestas sua caesarea recenti memoria tenet ea quae uiuente serenissima quondam regina matre illustrissimi ducis anno millesimo et quingentesimo quinquagesimo primo in Transsilvania acta fuerunt, ubi tametsi maiestas sua caesarea promiserit sese eidem duci serenissimam filiam suam natu minimam nuptui elocaturam esse, tamen promissio illa tunc per verba de praesenti non fuit corroborata, quandoquidem ipse illustrissimus dux in pupillari aetate uero domina Joanna filia caesareae maiestatis etiam intra annos infantiae constituti erant, postea uero secutae sunt turbae, inimicitiae, dissidia et bella, quo tempore de huiusmodi matrimonio nihil amplius tractatum fuit, et interim accidit in illa rerum mutatione et perturbatione, solutis scilicet et sublatis in uniuersum prioribus tractatibus Transsiluanicis anno 1551 initis, dum illustrissimus dux se pro hoste et aduersario caesareae maiestatis gessit, quod serenissimae et charissimae filiae sacratissimae caesareae suae maiestatis partim alijs principibus nupserint, partim uero innuptae manere firmissimo proposito decreuerint, et de reliquis denique elocandis maiestas sua caesarea alios tractatus admiserit, adeo ut hoc tempore res amplius non sit usque adeo et ex omni parte

integra. Verum enim uero ut ut sit, si poterit cum illustrissimo duce transigi, ut ultro citroque firma pax in perpetuum aequis conditionibus coeat, quemadmodum maiestatis suae caesareae animus ad talem concordiam ualde propendet, et maiestas sua caesarea eius desiderio illustrissimum ducem Joannem Sigismundum reuera itidem teneri arbitratur, considerata suprascripta oblatione per praefatum doctorem Georgium Blandratam ex parte ipsius illustrissimi ducis facta, in talem euentum maiestas sua caesarea, ut hoc suum ardentissimum pacis et concordiae studium non modo ipsi illustrissimo duci Joanni Sigismundo, uerum etiam uniuerso orbi notum atque testatum faciat, iam nunc declarat sese ab ineunda cum eodem illustrissimo duce arctiore affinitate non abhorreere nec petitionem eius prorsus rejicere, sed ei aut serenissimam Johannam filiam suam in matrimonium collocaturam esse, aut procuraturam, ut aliqua neptis ex filia collocetur.

Quoniam uero non solet caesarea maiestas serenissimas filias suas cuiquam matrimonio copulare, qui non profiteatur catholicam et orthodoxam religionem nostram, ideo illustrissimus dux Joannes Sigismundus in primis debet cauere et polliceri, in euentum, quo ipsi uel filia uel neptis caesareae maiestatis desponsabitur, quod non modo ipse constanter in catholica religione persistet, sed etiam conjugem in ea permanere sinet ac liberos deo dante ex se descensuros educabit, eandemque religionem itidem apud subditos suos, in quantum fieri potest, promouebit et manutenebit.

Deinde quod spectat ad conditiones pacis, quas itidem petit illustrissimus dux Joannes Sigismundus sibi per phisicum et consiliarium suum doctorem Blandratam significari, haberet quidem maiestas sua caesarea iustissimam causam insistendj memoratis prioribus tractatibus de anno 1551 initis, a quibus serenissima quondam regina Isabella postmodum cum illustrissimo filio suo discessit, ipsamque Transsiluaniam rependj, praesertim ex quo ut supra demonstratum est illustrissimus dux Joannes Sigismundus prae se ferat (uti recte debet) animum a restitutione eiusdem Transsilvaniae

non prorsus alienum, sequente videlicet et petito matrimonio, verumtamen ut ipse illustrissimus dux Joannes Sigismundus reipsa experiatur, maiestatem caesaream candide benigne et paterne secum agere nec eum omnibus fortunis exutum velle, maiestas sua caesarea annuit, quod ipse dux et legitimi eius posteri ac descendentes masculi Transsiluaniam, sicuti intra limites suos constituta est, prouintiam certe amplissimam ac locupletissimam, et multis alijs praeclaris magnisque principatibus potiore retineant, vocenturque duces Transsilvaniae, deposito titulo electi regis, sicuti iam illustrissimus dux se facturum recepit, et prouintiam illam tanquam insigne membrum Hungariae a caesarea ac Romanorum Hungariae et Bohemiae etc. regia maiestatibus et earum successoribus Hungariae regibus tanquam obedientes et subiecti coronae principes recognoscant, debitum eis fidelitatis et subiectionis iuramentum praestando, eisque in omnibus regni necessitatibus pro conseruatione et defensione eiusdem sincere et fideliter omni loco et tempore adhaerendo et assistendo, quemadmodum etiam viceversa ipsi duci Joanni Sigismundo ac successoribus eius futuris Transsilvaniae ducibus et inclitae illi prouintiae tanquam subditis et preclaro regni membro a caesarea regiaeque maiestatibus et earum successoribus regibus Hungariae ipsoque regno tanquam a capite mutua defensio atque protectio nunquam defutura est. Ceterum maiestas sua caesarea sibi ac successoribus suis Hungariae regibus saluum et reseruatum esse vult jus succedendj in ipsa Transsilvania sine omni impedimento et contradictione in euentum (quem Deus prohibeat), quo ipse illustrissimus dux Joannes Sigismundus sine legitimis filijs masculis decesserit, aut quodocunque posthac in posteris et descendentibus eius lineam masculam deficere contigerit, ita tamen ut caesarea regiaeque maiestas ac successores earum reges Hungariae superstitibus filiabus de honesta et decenti dote pro dignitate ipsius illustrissimi ducis provideant.

Concedet autem caesarea sua maiestas dicto illustrissimo duci et haeredibus eius masculis in ipsa Transsilvania liberam et

plenam auctoritatem ac potestatem vel pro se retinendj, vel fidelibus suis subditis donandj et conferendj bona, quae successu temporis ad fiscum deuoluerint, dummodo nihil alienetur ex ijs bonis quae antiquitas et iure ad coronam regni spectant, jtem causas didjudicandj et iudicata executioni demandandj cum alijs functionibus solitis ac duci competentibus.

Praeterea debet subditis utriusque partis nihil impedimenti inferri, quominus deinceps quoque bona, prouentus ac redditus, quas vel Hungari in Transsilvania vel Transsiluani in Hungaria habent, libere ac pacifice tenere, percipere et eis uti, frui et potiri queant.

Et si aliqui subditi caesareae maiestatis vel illustrissimi Joannis Sigismundj ducis in alterutrius obedientia et potestate etiamnum constituti in praeteritis turbis et motibus vel propter metum Turcharum vel quamcunque aliam ob causam vacillassent, aut sese suspectos reddidissent, seu quouis modo alterutrius offensionem incurrissent in illos propterea nulla vindicta aut poena quocunque etiam quaesito colore instituat, sed utrinque omnis in illos concepta indignatio et persecutio prorsus cessare debet.

Porro cum Transsilvania ut superius demonstratum est, sit prouintia amplissima et locupletissima et potior multis alijs praeclaris ac magnis principatibus, qua antiquitus etiam regum Hungariae filij cum dignitate solebant esse contenti, et maiestati suae caesareae nimis graue futurum esset, se ipsam ac successores suos et sacram regni coronam omni illa ditione, quae ultra citraque Tibiscum extra limites Transsilvaniae sita est, priuare et regnum suum Hungariae quasi in duas partes cum maximo periculo eiusdem reluctantibus etiam ordinibus ac statibus regni scindere et alioquin in eiusmodi confusione et commixtione utriusque ditionis, quae nunc est, difficilimum foret diutius concordiam et tranquillitatem conseruare, jdcirco maiestas sua caesarea aequum censet, petitque ut soepedictus illustrissimus dux publicae pacis et quietis causa contentus sola Transsilvania reliquam ditionem in Hungaria existentem caesareae ac regiae ma-



